

Anzeigebblatt

für die

Erzdiözese Freiburg.

Nr 23

Dienstag, 21. September

1915

(Ord. 14. 9. 1915 Nr 7950.)

Die Gedächtnisfeier Allerseelen betr.

An den hochwürdigen Klerus der Erzdiözese.

Wir bringen die Apostolische Konstitution vom 10. August 1915 (Acta Apostol. Sedis S. 401—404), wodurch sämtlichen Priestern das Recht verliehen wird, am Allerseelentage drei heilige Messen zu lesen, sowie das hiezu ergangene Ausführungsdekret der S. Congregatio Rituum vom 11. August d. J. (Acta Apostol. Sedis S. 422 f.) zur Kenntnis.

Die Gläubigen sind über diese hochwichtige Anordnung und die liebevollen Absichten unseres Heiligen Vaters Benedikt XV., den Armen Seelen Trost und Hilfe zu verschaffen, zu belehren; auch sollen sie an den noch von Papst Pius X. hochseligen Angedenkens unterm 24. Juni 1914 (Anzeigebblatt Seite 345) ebenfalls zur Förderung der barmherzigen Liebe gegen die Armen Seelen zu diesem Gedächtnistage verliehenen Toties quoties-Ablaß erinnern und ermahnt werden, zum Troste der leidenden Seelen diese Gnadenweise der hl. Kirche eifrig zu gebrauchen.

In dem Pustet'schen Verlage in Regensburg sind Sonderabdrücke der für die zweite und dritte Messe des Allerseelentages vorgeschriebenen Meßformularien in den Größen 36 × 25 cm (Klein-Folio), 32 × 23 cm (Groß-Quart) und 22 × 14½ cm (Oktav) erschienen, die zum Preis von 20 bzw. 12 Pfennig durch den Buchhandel erhältlich sind.

Freiburg, 14. September 1915.

Erzbischöfliches Ordinariat

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Incrumentum Altaris sacrificium, utpote quod a sacrificio Crucis nihil naturā ipsā differat, non modo caelitibus afferre gloriam, et iis qui in miseriis huius vitae

versantur ad remedium et salutem prodesse, sed etiam ad animas fidelium qui in Christo quieverint expiandas quamplurimum valere, perpetua et constans Ecclesiae sanctae doctrina fuit. Huius vestigia et argumenta doctrinae, quae quidem, saeculorum decursu, tum christianorum universitatem praeclarissimis affecit solatiis, tum optimum quemque in admirationem infinitae Christi caritatis rapuit, in pervetustis latinae et orientalis Ecclesiae Liturgiis, in scriptis Sanctorum Patrum, denique in pluribus antiquarum Synodorum decretis expressa licet et manifesta deprehendere. Id ipsum autem Oecumenica Tridentina Synodus sollemniorum quadam definitione ad credendum proposuit, cum docuit „animas in Purgatorio detentas fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili Altaris sacrificio iuari“, eosque anathemate perculit, qui dicerent, sacrum non esse litandum „pro vivis et defunctis, pro peccatis, poenis, satisfactionibus et aliis necessitatibus“. Neque vero rationem agendi huic docendi rationi dissimilem unquam secuta est pia Mater Ecclesia; nullo enim tempore destitit Christifideles vehementer hortari, ne pateantur, defunctorum animas iis carere utilitatibus, quae ab eodem Missae sacrificio uberrime profluerent. Quae tamen in re hoc laudi Christiano populo verti debet, nunquam eius pro defunctis studium industriamque defuisse: ac testis Ecclesiae historia est, cum fidei caritatisque virtutes altius insiderent animis, actuosiore tunc operam et reges et populos, ubicumque patebat catholicum nomen, in eluendas Purgatorii animas contulisse.

Ea ipsa profecto effecit tam incensa maiorum pietas, ut, plura ante saecula, in Regno Aragoniae, consuetudine paulatim inducta, die Sollemnis Commemorationis omnium defunctorum sacerdotes saeculares sacrum bis peragerent, ter vero regulares; quod privilegium Deceptor Noster immortalis memoriae Benedictus XIV non modo, iustis de causis, confirmavit, verum etiam, rogatu Ferdinandi VI Hispaniarum Regis Catholici,

itemque Ioannis V Lusitaniae Regis, Litteris Apostolicis, die XXVI mensis Augusti a. MDCCXLVIII datis, ita produxit, ut cuilibet sacerdoti e regionibus utrique Principi subiectis facultatem faceret ter eadem in Sollemni Commemoratione litandi.

Procedente autem tempore, permulti, tum sacrorum Antistites, tum ex omni ordine cives, iterum et saepius supplices preces Apostolicae Sedi adhibuerunt, ut eiusmodi privilegio ubique gentium liceret uti: eademque de re a proximis Decessoribus Nostris et a Nobismetipsis, in hisce Pontificatus Nostri primordiis, postulatum est haud semel. Nec vero dixeris, causas, quae ad propositum olim afferrentur, iam nunc defecisse: quin immo et exstant adhuc et ingravescent in dies. Etenim Christifidelium, qui Missas in defunctorum solacium celebrandas vel quovis modo statuerint vel testamento legaverint, pia haec instituta et legata dolendum est partim deleta esse, partim ab iis neglecti qui minime omnium debeant. Huc accedit, ut ex iis ipsis, quorum explorata religio est, non pauci redituum imminutione cogantur, ad contrahendum Missarum numerum, supplices Apostolicam Sedem adire.

Nos igitur, denuo conscientiam eorum graviter onerantes, qui suo hac in re officio non satisfaciant, caritate in defunctorum animas, qua vel a pueris incensi sumus, vehementer impellimur, ut omnia cum ingenti earum detrimento suffragia, quantum in Nobis est, aliquo pacto suppleamus. Ea quidem miseratio hodie maiorem in modum Nos permovet, cum, luctuosissimi belli facibus Europae fere omni admotis, cernimus ante Nostros paene oculos tantam hominum copiam, aetate florentium, immaturam in proelio mortem occumbere; quorum animabus expiandis etsi defutura non est propinquorum pietas, eam tamen necessitati parem quis dixerit? Quandoquidem vero communis omnium Pater divino consilio facti sumus, filios vita functos, Nobis carissimos et desideratissimos, volumus, paterna cum largitate, congesti e Christi Iesu meritis thesauri abunde participes efficere.

Itaque, invocato caelestis Sapientiae lumine auditisque aliquot Patribus S. R. E. Cardinalibus e Sacris Congregationibus de disciplina Sacramentorum et Sacrorum Rituum, haec quae sequuntur in perpetuum statuimus.

I. Liceat omnibus in Ecclesia universa Sacerdotibus, quo die agitur Sollemnis Commemoratio omnium fidelium defunctorum, ter sacrum facere; ea tamen lege, ut unam e tribus Missis cuicumque maluerint applicare et stipem percipere queant; teneantur vero, nulla stipe percepta, applicare alteram Missam in suffragium

omnium fidelium defunctorum, tertiam ad mentem Summi Pontificis, quam satis superque declaravimus.

II. Quod Decessor Noster Clemens XIII Litteris die XIX mensis Maii a. MDCCLXI datis concessit, id est ut omnia altaria essent eo ipso Sollemnis Commemorationis die *privilegiata*, id, quatenus opus sit, auctoritate Nostra confirmamus.

III. Tres Missae, de quibus supra diximus, sic legantur, quemadmodum fel. rec. Decesser Noster Benedictus XIV pro Regnis Hispaniae et Lusitaniae praescripsit.

Qui unam tantummodo Missam celebrare velit, eam legat quae in *Missali* inscribitur legenda in *Commemoratione omnium fidelium defunctorum*; eandem adhibeat qui Missam cum cantu celebraturus sit, facta ei potestate anticipandae alterius et tertiae.

IV. Sicubi acciderit, ut Augustissimum Sacramentum sit expositum pro Oratione XL Horarum, Missae de Requie, cum vestibus sacerdotalibus coloris violacei necessario dicendae (Decr. Gen. S. R. C. 3177—3864 ad 4). ne celebrentur ad *Altare Expositionis*.

Quod reliquum est, pro certo habemus fore, ut omnes catholici orbis Sacerdotes, quamquam sibi licebit die Sollemnis Commemorationis omnium fidelium defunctorum semel tantum litare, velint libenter studioseque insigni privilegio uti quod largiti sumus. Impense vero omnes Ecclesiae filios hortamur, ut, memores officii, quo erga fratres, Purgatorii igne cruciatos, non uno ex capite obligantur, frequentes eo die sacris, summa cum religione, intersint. Ita futurum certe est, ut, immensa refrigerationis unda ex tot salutaribus piaculis in Purgatorium defluente, frequentissimae quotannis defunctorum animae inter beatos triumphantis Ecclesiae caelites feliciter cooptentur.

Quae autem hisce Apostolicis Litteris constituimus, eadem valida et firma perpetuo fore edicimus, non obstante quavis lege, antehac lata a Decessoribus Nostris, de Missis non iterandis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die X mensis Augusti anno MCMXV, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI PH. CARD. GIUSTINI
a Secretis Status. S. C. de Sacramentis Praefectus.

Loco † Plumbi

VISA

M. RIGGI, C. A., Not.

DECRETUM
DE TRIBUS MISSIS
IN DIE SOLLEMNIS COMMEMORATIONIS OMNIUM
FIDELIUM DEFUNCTORUM CELEBRANDIS.

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV per Constitutionem Apostolicam sub die 10 huius mensis datam, et privilegium trium Missarum in die sollemnis Commemorationis defunctorum celebrandarum a Decessore suo fel. rec. Benedicto XIV Hispaniae et Lusitaniae ditionibus elargitum, et ipsas tres Missas quas idem Pontifex cuilibet sacerdoti in iisdem regionibus praescripsit legendas, ad universam Ecclesiam benignus extendere dignatus est.

Ut autem omnibus innotescant praedictae Missae, sacra Rituum Congregatio, de ipsius Sanctissimi Domini Nostri mandato, ita in praesenti Decreto eas describit:

Prima Missa est, quae inscribitur in Missali Romano die Commemorationis omnium fidelium defunctorum.

Alteram, quae in eodem Missali habetur in anniversario defunctorum cum sequentia *Dies irae* Orationibus, ut infra:

ORATIO

Deus, indulgentiarum Domine: da animabus famulorum famularumque tuarum refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dominum.

SECRETA

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris pro animabus famulorum famularumque tuarum, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: ut eas sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO

Praesta, quaesumus, Domine: ut animae famulorum famularumque tuarum, his purgatae sacrificiis, indulgentiam pariter et requiem capiant sempiternam. Per Dominum.

Tertia Missa quae legitur in Missis quotidianis cum sequentia *Dies irae* et Orationibus, ut infra:

ORATIO

Deus, veniae largitor et humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam: ut animas famulorum famularumque tuarum, quae ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum.

SECRETA

Deus, cuius misericordiae non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostrae: et animabus omnium fidelium defunctorum, quibus tui nominis dedisti confessionem, per haec sacramenta salutis nostrae cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO

Praesta, quaesumus, omnipotens et misericors Deus: ut animae famulorum famularumque tuarum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuae obtulimus maiestati, per huius virtutem sacramenti, a peccatis omnibus expiatae lucis perpetuae, te miserante, recipiant beatitudinem. Per Dominum.

Servatis de caetero Rubricis nec non peculiaribus Ritibus Ordinum propriis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11 augusti 1915.

A. CARD. VIGO, R. S. C. Pro-Praefectus.

L. † S.

Alexander Verde, Secretarius.

(Ord. 20. 9. 1915 Nr 8162.)

Den Militärdienst der Geistlichen betr.

Nach dem Reichsgesetz vom 4. September d. Js. zur Abänderung des Reichsmilitärgesetzes sowie des Gesetzes betr. Abänderungen der Wehrpflicht vom 11. Februar 1888 ist die Wehrpflicht auf die früher für dauernd untauglich befundenen und bisher vom Aufruf des Landsturms nicht betroffenen Wehrpflichtigen ausgedehnt worden. Demgemäß sind die genannten Wehrpflichtigen nunmehr von den Ersatzbehörden aufgefordert worden, sich bei der Ortsbehörde ihres Aufenthaltsortes zur Stammrolle anzumelden.

Die Geistlichen, welche am 8. September 1870 und später geboren sind und die bisher als dauernd untauglich ausgemustert waren, haben sich sofort bei uns unter Angabe des Tages und Ortes ihrer Geburt schriftlich zu melden.

Freiburg, 20. September 1915.

Erzbischöfliches Ordinariat

(Ord. 17. 9. 1915 Nr 7986.)

Landwirtschaftliche Maßnahmen während des Kriegszustandes betr.

An die Erzbr. Pfarrämter und Pfarrkuratien in Baden.

Mit Gottes Segen hat die Landwirtschaft treibende Bevölkerung in Entschlossenheit und gegenseitiger Hilfeleistung unter der wirksamen Förderung der Großh. Regierung im Jahr 1915 dem heimatlichen Boden die Erzeugnisse abgerungen, welche zur Ernährung unserer Truppen und des Volkes in der Heimat, damit zum siegreichen Durchhalten des ersten Kriegsjahres notwendig waren. Unserem Klerus danken wir für die treue Mitarbeit, welche er zum Gelingen dieses Werkes durch Belehrung und Aufmunterung besonders zur gegenseitigen Hilfeleistung und zur Beachtung der behördlichen Anregungen geleistet hat.

Zur Sicherstellung der Volksernährung im Jahr 1916 sind schon von jetzt ab die erforderlichen Maßnahmen zu treffen. Wir lassen den Pfarrämtern und Pfarrkuratien mit dieser Nummer des Anzeigeblasses den Erlaß des Großh. Ministeriums des Innern vom 3. d. Mts. Nr 38857 zugehen und beauftragen unseren Klerus, die Anregungen und Anordnungen der Staats- und Gemeindebehörden durch nachdrückliche Mitarbeit zu unterstützen, die landwirtschaftliche Bevölkerung zur sachgemäßen Bestellung des Grund und Bodens, auch zur gegenseitigen Unterstützung anzueifern und durch den Hinweis auf den reichen Segen in diesem Jahr zum Dank gegen Gott und zum mutigen Aussharren aufzumuntern.

Freiburg, 17. September 1915.

Erzbischöfliches Ordinariat

(Ord. 18. 9. 1915 Nr 8170.)

Den Schutz von Berufstrachten und Berufsabzeichen für Betätigung in der Krankenpflege betr.

Die Erzb. Pfarrämter und Pfarrkuratien werden veranlaßt, bis 29. d. Mts. anher zu berichten:

1. in welchen Orten ihres Bezirks Niederlassungen religiöser Genossenschaften zur Ausübung der Krankenpflege sind,
2. welcher Genossenschaft die Krankenbrüder oder Krankenschwestern angehören (wie sie heißt und wo ihr Sitz ist),
3. wie viele Mitglieder die Niederlassung hat und wie viele von ihnen die Krankenpflege ausüben.

Gehören die Krankenschwestern dem Orden der barmherzigen Schwestern vom hl. Vinzenz v. Paul in Freiburg oder der Kongregation vom hl. Franziskus in Gengenbach oder jener vom hl. Kreuz aus Jegenbohl in Hegne an, so ist ein Bericht nicht zu erstatten; ferner ist nicht zu berichten, wenn in einer Pfarrei oder Kuratie keine Niederlassung von Krankenschwestern einer religiösen Genossenschaft vorhanden ist.

Freiburg, 18. September 1915.

Erzbischöfliches Ordinariat

(Ord. 16. 9. 1915 Nr 7982.)

Den Personalschematismus 1916 betr.

Für den Neudruck des Personalschematismus wollen uns die im Schematismus für 1915 genannten Geistlichen die Berichtigungen und Zusätze, welche bezüglich ihrer Personalien vorzunehmen sind, bis spätestens 1. Oktober d. Js. mitteilen; Vorlagen wegen des Anstellungsortes und der Amtsbezeichnung (Titel) sind nicht notwendig.

Freiburg, 16. September 1915.

Erzbischöfliches Ordinariat

Pfründeauschreiben

Muggensturm, Dekanat Gernsbach, mit einem Einkommen von 2404 *M.* und einem Nebeneinkommen von 135 *M.* 50 *S.* für Abhaltung von 100 gestifteten Fahrtagen und 178 *M.* 29 *S.* für besondere kirchliche Einrichtungen.

Im letzten Betrag ist die Vergütung von 171 *M.* 43 *S.* für die Abhaltung der Frühmesse in der St. Margaretenkapelle an den Sonn- und Feiertagen von Ostern bis Allerheiligen inbegriffen. Auf der Pfründe ruht die Verpflichtung, einen Vikar zu verpflegen und zu besolden. Bei Besetzung der Vikarstelle wird die Vergütung für Abhaltung der Frühmesse an dem Anschlag der Vikarlast in Abzug gebracht. Ferner hat der künftige Pfründeinhaber zur Bestreitung des Ruhegehalts des resignierten Pfarrers im Betrag von 2000 *M.* bei erledigter Vikarstelle eine Abgabe in gleicher Höhe und bei besetzter Vikarstelle eine solche von 1275 *M.* zu entrichten. Der hiernach am Dienstehalten des Pfründeinhabers fehlende Betrag wird in der seinem Dienstalter entsprechenden Höhe auf die Aufbesserungsmittel übernommen.

Morgenwies, Dekanat Stockach, mit einem Einkommen von 2292 *M.* und einem Nebeneinkommen von 40 *M.* 50 *S.* für Abhaltung von 30 gestifteten Fahrtagen, von denen 6 mit 9 *M.* Gebühren auf der Pfarrei selbst ruhen, und 10 *M.* 29 *S.* für besondere kirchliche Einrichtungen.

Die Bewerber haben die mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten und an Seine Königliche Hoheit den Großherzog gerichteten Gesuche um Präsentation durch Allerhöchstdenselben innerhalb vier Wochen bei Großherzoglichem Ministerium des Kultus und Unterrichts einzureichen.

Bellingen, Dekanat Neuenburg, mit einem Einkommen von 1157 *M.* und einem Nebeneinkommen von 118 *M.* 15 *S.* für Abhaltung von 79 gestifteten Fahrtagen und 3 *M.* 42 *S.* für besondere kirchliche Einrichtungen.

Die Bewerber haben die mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten Gesuche um Verleihung innerhalb vier Wochen durch die vorgesetzten Dekanate an Seine Excellenz den Hochwürdigsten Herrn Erzbischof zu richten.

Ernennung

Vom Kapitel Wiesental wurde Stadtpfarrer Karl Otto Winterhalder in Todtnau zum Definitor gewählt. Die Wahl wurde unter dem 8. September l. Js. kirchenobrigkeitlich bestätigt.